



**BREVIS|| INSTRVCTIO|| AD CORROBORAN-||DOS AC  
IVVANDOS MO-||RITVROS, EOS PRAESERTIM|| qui ob  
flagitia sua, publica Iudi-||cum sententia morti ad-||dicti  
sunt:||**

**Isella, Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1588**

**VD16 I 344**

Qvid Potissimvm Sodales, seu Fratres vitare debeant. Capvt I.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60044](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60044)

IVVANDOS MORIENTES. ,  
QVID POTISSIMVM SODA-  
les, seu Fratres vitare debeant.

C A P V T I.

**E**xhortatur idem Propheta Regi- psalm. 53.  
us, fugiendum esse malum, & fa-  
ciendum bonū: quod cūm omnibus  
faciēdum sit, tum maximē Fratribus  
Societatis, quorum est vitām viuere  
cæteris paululum perfectiorem: ideo-  
que oportet eos in hoc incumbere, ut  
(quantum fieri potest) mortale pecca-  
tum vitent, atque ab eo fugiant (iuxta  
Sapientem) tanquam à facie colubri: Eccli. 21.  
imò multò amplius; coluber enim nō  
nisi corpus potest interimere; pecca-  
tum vèrò lèthale animam interimit,  
spolians illam diuinā gratia, & hære-  
ditate priuans cœlesti.

Debent etiam sibi cauere à pecca-  
tis venialibus, quę et si mortem animę  
non inferant, tamen ad illam dispo-  
nunt. Debent non tantū fugere ma-  
lum; sed omnis mali speciem & occa-  
sionem: ideoque abstinere debent ab  
omnibus ludis illicitis, maximē ab a-  
leis & similibus, in quibus multum tē-  
poris consumitur, & notabilis aliqua  
fieri potest rerum amissio. Huiusmo-  
Peccata ve-  
nialia vita-  
da,

Ludos vi-  
tandos.

A s di lu-

## 6 INSTRUCTIO AD

di ludos non tantum ipsi non exerce-  
ant, sed ne quidem intersint. Fugiant  
Consortia quoque societates & commercia ma-  
malorum su-  
lorum, maximè vbi vana miscentur  
gienda.  
colloquia, vbi murmuratur, vbi ma-  
lum de proximo dicitur: memores  
E. Cor. 15.  
istius Pauli; *Corrumpunt bonos mores col-  
loquia prava: & illius Sapientis, in multi-  
loquio non deerit peccatum: quia qui talia a-  
gunt (Apostolo teste) digni sunt morte,  
Pron. 10.  
non solùm qui ea faciunt, sed etiam qui con-  
sentient facientibus.* Meminerint quoq;  
Rom 1.  
Petrum Apostolum, quamdiu man-  
sitt in Apostolorum consortio, Chri-  
stum Dei filium confessum esse; in so-  
ciitate verò malorum eūdem ter ne-  
gasse. Et si de omni verbo otioso in  
extremo illo iudicio strictissima red-  
denda erit ratio, quid fiet de verbis la-  
sciuis, & criminosis, aliorumque fa-  
mæ detrahentibus?

In vestibus  
Iukus non  
quærendus.

In vestibus quoque luxum, pom-  
pam & vanitatem fugiant. In contra-  
ctibus, mercaturis, alijsque negotijs  
sint fideles & iusti. Quid multis: in o-  
mni actione sua studeant, ne proximo  
dent scandalum, vt per integritatem  
vitæ ab omnibus honorentur, atque  
reuereantur: vt postea yerba quoque  
corum

IVVANDOS MORIENTES. 7  
corum in exhortando sint apud alios  
efficaciora.

DE SACRAMENTORVM  
frequentia.

CAPVT II.

**S**i quis Fratrum in mortale peccatum lapsus sit, alacris sit & promptus, ut se mox per Confessionem purget: quod si omnino cauere non poterit, quo minus nonnunquam in peccatum ruat, Apostoli saltem consilium sequatur, qui monet, operam dandam esse, ne peccatum regnet in nobis: quod sanè tum in nobis regnare dicitur, cum tardi sumus & negligentes, ad illud per pœnitentiam obliteratedum. Eluere namque, & expurgare peccatum confessim debet quilibet; nisi enim id ab anima tollatur, mox suo pondere, inquit Gregorius, secum trahit aliud. Sed & Augustinus miratur, hominem non ausum dormire inter inimicos, qui corpus tantum possunt occidere: securè autem stertere inter peccata mortalia, quæ possunt animam in mortem æternam præcipitare. Nemo autem existimet sat temporis sibi ad confitendum superesse:

A 6 etenim,

Post peccatum  
mox confi-  
tendum,

Roman. 6.

Gregorius.  
Augustinus.

rcce-  
iant  
ma-  
ntur  
ma-  
ores  
scol-  
ulti-  
ia a-  
orte,  
con-  
ioq;  
han-  
hri-  
so-  
ne-  
o in  
red-  
is la  
e fa-  
om-  
itra-  
otij  
n o-  
imo  
tem  
que  
que  
rum